

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Historia und Zeitbuch - Cod. St. Blasien 47**

**Wolleber, David**

**[Blaubeuren ?], [um 1600]**

Vorderdeckel

[urn:nbn:de:bsz:31-51951](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-51951)



nis et Dominationibus: Cumque  
omni militia coelestis exercitus,  
hymnum gloriæ tuæ canimus, si-  
ne fine dicentes.

*Infra actionem.*

**C**ommunicantes et noctem  
vel diem sacratissimam cele-  
brantes: in qua beatæ Mariæ in-  
temerata virginitas huic mundo  
edidit Salvatorem. Sed et memo-  
riam venerantes: in primis eius-  
dē gloriolæ semper virginis Ma-  
riæ genitricis eiusdem Dei et Do-  
mini nostri Jesu Christi. Sed et  
beatorum Apostolorum.

*In Epiphania Domini Præfatio.*

**A**eterne De<sup>o</sup>. Quia cū Uni-  
genitus tuus in substantia  
nostræ mortalitatis apparuit, no-  
ua nos immortalitatis suæ luce re-  
paravit. Et ideo.

*Infra actionem.*

**C**ommunicantes, et diem sa-  
cratissimum celebrâtes: quo  
Unigenitus tuus, in tua tecū glo-  
ria coæternus, in veritate nostræ  
carnis visibiliter corporalis appa-  
ruit. Sed et memoriam veneran-  
tes: In primis gloriolæ semper  
Virginis Mariæ genitricis eius-  
dem Dei et Domini nostri Jesu  
Christi. Sed et beatorum Aposto-  
lorum.

*Sequens præfatio dicitur quoti-  
die, a feria quarta Cinerum, usque ad  
Dominicam Palmarum: nisi  
testum fuerit.*

**A**eterne Deus. Qui corpo-  
rali ieiunio vitia cōprimis,  
mentem eleuas, virtutem largiris  
et præmia. Per Christum Domi-  
num nostrum: Per quem.

*In die Palmarum, et deinceps us-  
que ad Cœnam Domini inclu-  
sive: et de sancta Cruce  
Præfatio.*

**A**eterne Deus. Qui salu-  
tem humani generis in li-  
gno Crucis constituisti, vt vnde  
mors oriebatur, inde vita resurge-  
ret. Et qui per lignum vincebat,  
per lignum quoque vinceretur.  
Per Christum Dominum nostrum:  
Per quem.

*In Cœna Domini, infra actionem.*

**C**ommunicantes et diem sa-  
cratissimum celebrâtes: quo  
Dominus noster Jesus Christus  
pro nobis est traditus. Sed et me-  
moriâ venerantes: In primis glo-  
riolæ semper Virginis Mariæ ge-  
nitricis eiusdem Dei et Domini  
nostri Jesu Christi. Sed et beato-  
rum Apostolorum. Hanc igitur  
oblationem seruitutis nostræ, sed  
et cunctæ familiæ tuæ, quam tibi  
offerimus, ob diem, in qua Domi-  
nus noster Jesus Christus tradidit  
discipulis suis corporis et sangui-  
nis sui mysteria celebranda, quæ-  
sumus, Domine, vt placatus acci-  
pias. Qui pridie, quàm pro nostra  
omniumque salute pateret: hoc est  
hodie, accepit panem in sanctas.

*De Resurrectione Domini  
Præfatio.*

**C**ere dignum et iustum est, et  
quum et salutare. Te qui-  
dem, Domine, omni tempore, sed  
in hac potissimum nocte vel die  
gloriosius prædicare, cum Pascha  
nostrum immolatus est Christus.  
Ipse enim verus est agn<sup>us</sup>, qui abs-  
tulit peccata mundi. Qui mortem



S. Blas. 47

lang bei E. M. J. R. 1734.